

...ration.

4

01

A

55



M. K. 22⁷
(Luth. 43 F. 43.)

8

LIBRI QUARTI
POLITICORUM

ARISTOTELIS
Cum Paraphrasi Heiniana
DISPUTATIO,

Quam,
PRÆSIDE

M. SEVERO CHRISTOPHO-
RO OLPIO,

POESEOS ORDINARIO ET MORA-
LIUM EXTRA ORDINARIO
PROFESSORE PUBLICO.


publicè ventilandam proponit.

d. April.

HARTMANNUS Schenff/
Rhula Thuring.

JENÆ.

Typis Sengenvaldianis,
ANNO clc lbc LX.



V I R O

*GENEROSO, PERSTRENUO, NOBILISSIMO
AC MAGNIFICO,*

D_N. ZACHARIÆ PRUSCHENCK,

*à Lindenhoven, Hæreditario in Bercâ, Ducatus Isnacensis
Proprincipi Eminentissimo, ac Venerandi Consisto-
rii Præsidi Gravissimo, &c.*

*Domino suo Gratiioso, Patrono ac Pro-
motori Magno,*

Ea, qua par est, reverentia

*hanc dissertationem dedicat, & velut
quandam devotissima observantia ta-
bellam in Honore ade suspendit devo-
tissimus Cliens.*

RESPONDENS.



COROLL.

- I. **A**ristocratico status non tantum Oligarchia oppo-
nitur, verum etiam Tyrannis; cum saepe in plu-
rium principatu Tyrannis inveniatur, quod fit, quan-
do Optimates leges, quas servare tenentur, evertunt,
& cum detrimento subditorum propriam solummodo
respiciunt utilitatem.
- II. Arniseus in Relect. Polit. Lib. II. f. 2. c. 4. definit. O-
ligarchiam, quod sit Respublica, in qua summa po-
testas residet penes plures quidem, quam unum, sed
pauciores, quam totam multitudinem, vel maximam
partem: num vero ex omni parte ad mentem Ari-
stotelis sit, nondum liquet.
- III. Arist. eam ita definit. Oligarchia est Respublica, ubi
pauci divites & nobiles, plures tamen uno indivisum
summam habent potestatem, & ad propriam seu pri-
vatam respiciunt utilitatem Lib. IV. cap. 4.
- IV. Paucitas est nota Oligarchiae accidentaliter & mul-
titudine Democratiae.
- V. Generis praestantia & dignitas nec non divitiae à Po-
liticis essentiales Oligarchiae notae constituuntur: sed
de nobilitate generis adhuc sub iudice lis est.
- VI. Status Oligarchici prima species vix ac ne vix qui-
dem in Germania invenietur.
- VII. Tres Oligarchiae species priores in eo conveniunt, quod
vigeant adhuc in iisdem leges, nec cuncta pro libidi-
ne Imperantium gerantur, quamvis observatio legum
videatur esse diversa.

(:) z

Utrum

- VIII. *Utrum ad secundam Speciem Noribergensium Respu-
blica sit applicanda, meritò dubitatur: ex descriptio-
ne enim, quam Stephanus Pighius in Hercule Prodi-
cio suppeditat, non potest colligi.*
- IX. *Quarta Species Oligarchia vocatur ab Aristotele di-
stincto nomine Dynastia, quia libido dominantium o-
mniaturbata reddit, & Reipublica integritatem sol-
vit: talem Oligarchiam triginta Tyranni Athenis ex-
hibuerunt; quemadmodum ex Diodoro Siculo Lib. XIV.
cap. 2. videre est, & Romæ Trium Viri, Lepidus, An-
tonius & Augustus, ut constat ex Floro Lib. IV. c. 6.*
- X. *Oligarchicorum jus non est jus absolute & simpliciter
dictum quamvis fidelitatem, amorem, honestatem,
& spem Patriæ haud vulgarem representent.*
- XI. *In mutationibus Oligarchiarum non sunt omnia mu-
tanda in momento, sed successive. Machiavelli ergò
consilium in hoc mihi videtur esse frustraneum.*
- XII. *Non omnis Oligarchia, nec omnis Tyrannis simplici-
ter & absolute iniusta est.*
- XIII. *Illa Oligarchia est aliis moderatior, & firmitior, qua
suis statutis ad Politiam quàm proxime accedit, ne-
que plebejo ab omni spe gerendi magistratus excludit.*
- XIV. *Fons & origo mutationis in statu Oligarchico est, si
plebs & homines ingenui injuria vel contumelia affi-
ciantur.*
- XV. *Demagogi non minimum momentum huic mutationi
conferunt, quod tamen Vir magni no-
minis negat.*

01 A 6574

ULB Halle

3

003 090 566



R. V D 17







LIBRI QUARTI
POLITICORUM

ARISTOTELIS
Cum Paraphrasi Heinsiana
DISPUTATIO,

Quam,
PRÆSIDE

**M. SEVERO CHRISTOPHO-
RO OLPIO,**

POESEOS ORDINARIO ET MORA-
LIUM EXTRA ORDINARIO
PROFESSORE PUBLICO.

publicè ventilandam proponit.

d. April.

HARTMANNUS Schenff/
Rhula Thuring.

JENÆ.

Typis Sengenvvaldianis,
ANNO clc lcc LX.

8